



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Die Schrift**

**Degering, Hermann**

**Berlin, 1929**

138 Straßburg, Drucker d. bizarrem R. (a. Rusch). Donatus: Commentarius  
in Terentii Comoedias. Circa 1470. Berlin, Inc. 2117.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68942](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68942)

**D**VBLIVS TERENTIVS AFRICANVS  
Cartagine natus: seruiuit Rome Terentio Lucano senatori. a quo ob ingenium & formam non institutus modo liberaliter: sed & mature mamumissus. Quidam captum esse existimant: quod fieri nullo modo potuisse fenestella docet. cum in fine secundi belli: & ante initium tercii natus est: & mortuus. Nec si a numidis & getulis captus sit ad duces Romanum peruenire potuisse: nullo commercio inter Italicos & Afros: nisi post deletam cartaginem coepto. Hic cum multis nobilibus familiariter vixit. Sed maxime cum Scipione Africano & cum Lelio. quibus etiam corporis gratia conciliatus existimat. Quod & ipsum fenestella arguit: contendens utroque maiorem natum fuisse. quamuis Cornelius nepos equales omnes fuisse tradit. et Porcius suspicionem de consuetudine per hoc faciat: dum Lasciuam nobilium & fuscas laudes petit. dum Africani voce diuina inhiat audis auribus. dum ad furium se coemitare: & Lelium putat pulchrum. dum se amari ab his credit: crebro in albanum rapti: ad florem etatis sue: ipsis sublati rebus ad summam inopiam redactus est. Itaque e conspectu omnium abiit in greciam in terram vltimam. mortuus est in stymphalo arcadie oppido. Nihil. P. Scipio profuit: nihil ei Lelius. nihil furius tres per idem tempus qui agitabant nobiles. Facillime eorum ille opera: ne domum quidem habuit conducticiam saltem: ut esset quo referretur obitum domini Seruilius: scripsit Comedias sex. ex quibus primam Andriam cum edilibus claris iussus ante Cerium recitare: ad cenantem cum venisset dictus est initio quidem fabule: quod erat contemptiore vestitu subsellio iuxta lectulum residens legisse. post paucos vero verus inuitatus ut accuberet coenasse vna: deinde cetera percurrisse non sine magna Cerii admiratione. et hanc